

## Alte Drucke

# Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput VIII.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122)



1. & 2. & Theseus apud Euripidem, lauat ipse suis manibus ducum ad Thebas interfectorum cadauera, addens hanc honestissimam sui facti rationem:

Οὐκ εἰσχεὼν ἀνθρώποισιν ἀλλήλων κακὰ.

Non est probrum alterius malo nos affici.

Plorantes sine solatio non relinque. Vicina virtus Beneficentiæ est **MISERICORDIA**, quæ afficitur sensu alienæ miseræ & calamitatis, præsertim piorum: & opitulatur miseris, & omnibus officijs lenire eis dolores & ærumnas studet. Vicia opposita sunt: *Inhumanitas* erga miseros & ægrotos seu crudelitas. Item: *Ἐπιχαριεκακία* gaudens & ridens in aliorum miserijs. Item, Indulgentia.

Quicquid agis, exitum rei perpende. DE **PRUDENTIA**, quæ ἀμα **Prudentia**, *πρίστω καὶ ἐπίστω λήσσει, ὅπως ὄχ' ἀριστὰ μετ' ἀμφοτέροισι γῆρῃ*). Ante simul retroq; videt bene quid sit agendum. Et in omni deliberatione & actione primo finem certum & metam Deo placentem constituit, ad quem omnia consilia & actiones velut sagittas ad scopum dirigit. Deinde media ad illū finem assequendum vtilia, & rectā ducentia, prudenter eligit & diligenter facit. &

τὰ μηδὲν ὠφελῆντα μὴ ποιεῖ μάτην.

Frustra nec in rebus laborat frivolis.

Sic actiones laudabiles & exitus felices consequentur, vt Aristoteles in Politicis inquit: Δύο εἰσὶ ἐν οἷς γίνεται τὸ εὖ πάσι. ἐν μὲν ἐν τῷ τὸν σκοπὸν κείσθαι, καὶ τὸ τέλος τῆς πράξεως ὀρθῶς ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὸ τέλος φερόσας πράξεις δρῖσκειν. Duo sunt quæ omnes actiones bonas & laudabiles efficiunt. Vnum, vt scopus & finis actionum rectè constituentur: deinde vt media ad finem ducentia rectè eligantur. Præcipue autem monet hæc Syracidæ sententia, Normam confitorum & actionum vitæ nostræ, Legem Dei esse debere. Nec vllas actiones impias & iniustas aut non necessarias suscipi oportere. Has enim regulariter exitus tristis & infelix comiratur. *εἰμαρμένον γὰρ τῶν κακῶν βαλεῖται κακὰς ἀμοιβὰς ἐστὶ καρπὸς αὐτῶν βροτῶν*. Fatale prorsus est, malis mortaliū, Poenas rependi pessimas, conatibus.

## Caput VIII.

**N**oli contendere litibus cum potentiore, ne incidas in manus illius. Non contendas cum opulentiore, ne præponderent tibi opes eius. Multi corrumpuntur pecunia, & sæpè mouet hæc etiam corda Regum. **N**e accende rixando hominem verbosum, neq; quasi lingua comportans alas flammam eius. Noli iocis ludere cum ingenijs agrestibus & natura horridis, ne contumelia afficiant familiaritatem tuam. Noli exprobrare peccata illi, qui respiscit, cogita nos omnes obnoxios esse peccato. Noli contemtuui habere senes, nam & tu optas senescere. Noli letari, si moritur inimicus tuus, memento & nos morituros esse.

Te moneo, vt vites, fili carissime, lites.

ἄπειρα.

Reuerentia erga senes. ἐπιχαριεκακία.

Noli



Docilitas.

*Noli contemnere sermones sapientum, sed dictis eorum obtempera. Nam ab ipsis discere potes, quomodo te gerere debeas coram magnis viris, & hominibus præcellentibus. Ne existimes te prudentiorem esse senioribus, nam & ipsi à patribus suis didicerant, & ab ipsis discere potes, quomodo respondendum sit suo loco & tempore. Ne insuffla in ignem impij, ne & tu comburaris. Noli irritare calumniatorem, ne inuertat tibi verba tua. Noli illi mutuum dare, qui te est potentior: si autem mutuas, amissum putato. Noli fideiubere ultra vires tuas: si autem fideiusseris, cogita tibi hoc soluendum esse. Noli litigare cum magistratu: nam sæpe ad libitum fertur eius sententia. Noli conuersari plus satis audacibus, ne precipiteris in periculum, patrant enim quod volunt, tuq; postea propter stulticiam illorum plecteris. Noli rixari cum iracundo, neque solus in itinere adiungas te illi. Nam sanguinem effundere non huius facit, & si nemo succurrat, occidet te. Cum stultis non inito consilium, neque enim vlla re serio afficiuntur: Coram ignoto & extraneo ne facias quod celandum putes: nam quis scit, quid hinc exoriri posset? Ne aperias cor tuum cuius, ne gratiam malam auferas. Noli contendere litibus cum potentiori.*

Iustitia &amp; pia doctrina.

Mutuationes.  
Sponsiones.

Lites cum potentioribus.

Sodalitia praua.

Futilitas.

**I**Nitio quedam PRUDENTIÆ præcepta recitat? quæ est, iuxta rectam rationem regere actiones virtutum & aliarum rerum vtilium vel inutilium. Monet autem Syracides, non litigandum esse cum potentioribus, sed vtilius esse habere patientiam, & dimidium retinere potius, quam totum incerto litis euentu persequi. Hesiodus:

Νήπιοι, οὐκ ἴσασιν ὅσω πλεον ἡμῶν πάντος:

Stulti non sciunt, dimidium esse plus toto. Item:

ἄφρων δ' ὅς κ' ἐβέλῃ πρὸς κρείσσονας ἀντιφριζέην

Νίκης τε εἴρεται πρὸς δ' αἰχρῶν ἀλγέα πάρα.

Est stolidus, qui se maiori opponere tentat,

Vincitur, atq; refert magnum cum clade pudorem.

Monet item non rixandum esse aut iocis ludendum, cum iracundis & agrestibus, iuxta illud Euripideum:

Δυσὶν λεγόντων πατέρε θυμημένε,

ὁ μὴ ἀντιείνων τοῖς λόγοις σοφώτερόσ.

Cum differentes inter, iratus, duos,

Est alter, ille qui tacet prudentior.

Et vulgò fertur distichon, ἀκομψον quidem, sed tamen bonæ & vtilis sententiæ:

Vinco

Chy



Hoc scio pro certo, quod si cum stercore certo,  
Vincō vel vincor, semper ego maculor.

*Noli exprobrare peccata illi, qui resipiscit.* Secundo præcipit ΕΠΙΕΙΚΕΙΑ  
AN seu æquitatem remittentem aliquid de summo iure, nec exprobrantem  
alijs peccata & lapsus, eos præsertim, de quibus pœnitentiam egerunt: Sed  
condonantem etiam veras iniurias, & publicæ concordia causa, & quia  
nobis quoque in hac nostra imbecillitate, aliorum misericordia opus est.

καὶ γὰρ αὐτῆς ἀγαθὸς ποτὲ μὲν κακὸς ἄλλοτε δὲ ἐσθλός.

Vir bonus interdum bonus est, mox labitur idem.

εἰδ' οἶδας ὄφλων καὶ πρόσχηστον τὸ πρῶτον,

οἴκτω γὰρ οἴκτω καὶ θεῷ σαθρίζε).

Peccare si te scis, tibi que ignoscitur,

Sis mitis, namque mitibus fauet Deus.

*Noli contemptui habere senes.* DE REVERENTIA erga maiores natu,  
quos parentum loco venerari, fouere & honore afficere debemus, vt Lega-  
ti Lacedæmonij Athenis in theatro seni ingredienti assurgunt & de loco  
cedunt. *Noli letari si moritur inimicus tuus.* Prohibet ὀπιχαίρεκακίας læ-  
tantem aliorum morte & calamitatibus, quæ subito momento nos quoque  
opprimere possunt. Cuique enim accidere potest cuiquam quod accidit.  
Et mors præsertim, omnes homines pariter deuorat.

Πᾶσιν γὰρ θνητοῖς ἐφυ μὲρ. Et:

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

*Noli contemnere sermones sapientum.* DE DOCILITATE frenante Docilitas.

arrogantiam, & σοφοδοξίαν inanem, admiratione propriæ sapientiæ contem-  
nentem aliorum iudicia. Quales Plato describit αὐτοδιδάκτες seu δοξοσόφους  
in Thætetō. οὐδὲ γινέτ' ἢ τοιάτων ἕτερος ἕτερου μαθητῆς, ἀλλὰ αὐτόματοι ἀναφύονται,  
ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ τύχοι ἕκαστος αὐτῷ ἐκθροπιάται, καὶ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον ἔδεν ἡγήσασθαι εἰδέναι. E-  
contra Socrates οὐκ αἰσχύνεται μανθάνειν, ἀλλὰ πωθάνεται καὶ ἐρωτᾷ, καὶ χάριν  
πολλὴν ἔχει τῷ ἀποκρινομένῳ, Socratem non pudet discere, sed alios audit &  
interrogat, & magnam gratiam habet respondentem. Et de Republica, in-  
quit, eum, qui sapiens & doctus euadere cupiat, oportere φιλομαθῆ, φιλόκο-  
ον καὶ ζητητικὸν εἶναι. *Ne suffles in ignem impij.* Non sunt adiuuanda consilia &  
actiones iniustæ, ne vna cum autoribus in horrendas pœnas nos præcipite-  
mus.

*Noli irritare calumniatorem.* PRVDENTIA non præbens alijs Calumniato-  
res.  
ocasionem maledicendi & calumniandi. Cum autem non sit remedium  
aduersus sycophantæ morsum: studeamus in timore Dei propria nostræ  
vocationis officia rectè facere, & bonam conscientiam retinere, & sycoph-  
phantarum reprehensiones patienter toleremus & negligamus, vt de Seue-  
ro Imp. Dion. inquit: Fuisse eum ἐμμελῆ τῶν πρακτέων, ἀμειλῆ δὲ τῶν περὶ αὐτῶν λο-  
γοποιουμένων, intentum in ea, quæ erant agenda, & negligentem fabellarum,  
quæ de eo spargebantur.

*Noli mutuum dare illi, qui te est potentior.* *Noli fideiubere.* Dissuadet mu-  
tuations & sponsiones temerarias, quia pauci sunt veraces, & fideles ac  
intelli in seruandis pactis. Congruit cum prima sententia Prouerbiū Ger-  
manicum: Non esse mutuo dandam pecuniam illi, coram quo caput aperi-  
re & genua flectere creditorem oporteat. & vniuersaliter, Qui libenter ac-  
cipit mutuo, non libenter soluit. Apud Plutarchum Perseus quidam mutu-  
ans amico pecuniam, in foro publicè & coram iudicibus cum illo transi-  
gebat, ac mirate illo & dicente: ἔτιως ἂν Περσῶν νομικῶς; Ναι, εἶπε, ἵνα φιλικῶς ἀπο-  
λάβω,



λάβω, καὶ μὴ νομικῶς ἀπαιτήσω. Vsitatissimum enim est, vt Creditores, sua ipsorum pecunia, cum eam repossunt, sibi ex amicis inimicos faciant.

πρὶν τι λαβῆν τίσει, ἀτὰρ τυγίσει λαβόντες.

Cum possunt laudant: odio sectantur, habentes.

Sponsiones.

De S P O N S I O N I B V S notum est germanicum Prouerbum: *Bürger sol man würgen*, congruens cum Græco, quod foribus templi Delphici inscriptum erat, *εἴσθα, πᾶρα δ' ἀτη*, Sponde, damnum praesto est. Nam *ΑΤΗΝ* à Ioue ex caelo deiectam, in his terris apud *εἴσθαν* diuertisse, & cum ea desponsatam esse fingunt. Homerus *Odyss. θ.* *Δήλαι τοὶ δέλων καὶ εἴσθαν εἴσθααδων*, qui versus ita construi debet: *εἴσθαν* sunt *δέλαι* εἴσθααδων αὐτὶ *δέλων*, Sponsiones sunt miseræ seu leues, spondentes inquam pro leuibus. *Noli litigare cum magistratu.* Congruit cum prima sententia huius capituli.

Sodalitia praua.

*Noli conuersari plus satis audacibus.* Sequentes sententiæ sodalitia praua prohibent, quibus implicati multi, alienorum furorum poenas luere vna coguntur, & tristissimis calamitatibus saepe aliorum culpa attractis inuoluuntur. Theognis: *κακοῖσι δὲ μὴ προσομιλῆ*

*εὐδλων μὲν ἢ ἀπ' εὐδλᾶ μαθήσεαι, ἐὼ ἢ κακοῖσι*

*συμιχθῆς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἔοντα νέον.*

Conuersare bonis, & ab his bona plurima disces,

Cum prauis viuens, tu quoq; prauus eris.

Plato: *τὰ τ' κακῶν ζῶστας, φῦγε ἀμετὰς ἑστί.* *Coram ignoto ne facias*

*quod celandum putes.* Prohibet Futilitatem temere enunciantem & facientem omnia apud quosuis. Pugnatur cum Taciturnitate prudenti: quæ in doloribus & ærumnis præcipue, multo vtilior est, quam querelæ impatientes. Nam in silentio & spe sita fortitudo nostra, *Esa. 30.* & *Ebraei ac Germani prouerbum habent: Tace & feras, נשם יתנו.*

Taciturnitas prudens.

## Caput I X.

Cassitas & fides conjugalis.

*E Zelotypus sis super uxore pudica tua: nam nimia Zelotypia nihil adfert boni. Ne imperium feras muliebri, ne prorsus dominetur tibi. Fuge amicas, ne incidas in laqueos earum, ne assuescias te ad psaltriam, ne capiat te illecebris suis. Noli respicere ad puellas, ne accendaris erga eas. Vide ne adhareas scortis, & iacturam facultatum tuarum facias. Non iacta ceruicem huc illuc respiciens, nec per omnes angulos discurre. Auerte faciem tuam à pulchris fæminis, neq; forma te alienarum moueat. Formosæ enim mulieres deceperunt multos, & male cupiditates hinc inardescunt quasi ignis. Non assideas mulieri aliena, non amplectaris eam, neq; conuiueris cum ea, ne cor tuum adharescat illi, tuusq; animus captiuetur. Noli relinquere amicum veterem: neq; erimus nostri,*

Amici veteres.

nostri,